Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26114
Copyright: Admont, Benediktinerstift



69

pdita. ad eandem iustitiae ea quae obscurata fuerant revocare. ne
forte si bonis operibus nudi. et vitiorum pannis sordentibus involuti.
ante tribunal aeternum iudicis venerimus. illa adnos terribilis sententia
dirigatur. discedite a me maledicti in ignem aeternum. qui paratus est diabolo
et angelis eius. Et ideo quantum possumus fructus iustitiae studeamus
adferre. timentes illud quod dominus dixit. Omnis arbor quae non facit fructum
bonum. excidetur et in ignem mittetur. Haec sententia evidenter ostendit.
qua non solum malum fecisse. sed etiam bonum non egisse damnabile erit. Et
ideo ista quae diximus attentis cordibus cogitemus. ne nos tarde pe
niteat sub conspectu ignis aeterni. qui interrogabit medullas. ossa. cogi
tationes mentis. Quam te uni quisque puniendo obtabit. ne unusquisque
alienam mulierem concupisse. ne unusquisque corporis sui vestem. ne unusquisque
baptismi holosericam maculasse. ne unusquisque praeterisse consilia et
monita sacerdotum. Ha si sacerdotibus grande periculum est aliena peccata
non arguere. quanto periculosius erit. propria noluisse corrigere. atque ea
non solum emendare. verum etiam defendisse. et defendendo accumu
lasse. Et ideo expiatura erit illic inextinguibilis concrema
tio. quemadmodum hic medicabilis satisfactio. quemadmodum hic salutifera dis
simulatio sanare contusio. Ardens enim infernum puteus apertum.
descensus erit. reditus non erit. Illic fidei veste nudati. et capitalium
mortium inpetuum dimergentur. eiciendi in tenebras exteriores.
in tenebras extenebris. infelicitate exclusi. infelici includendi.
De hoc puteo propheta orat atque commemorat. Haeque absorbeat me
profundum. neque urgeat super me puteus os suum. Quia cum sine pe
nitentiae remedio infelices peccatores exceptus. claudit sursum